Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-518095-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-518095-p0002-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-518095-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-518095-p0004-0

1696

1a.b. = Brucknerus, Georg. Hein: De pactis informi 2 Sammel

2. Brueckner, Georgius Henricus: De transmissionibus hereditatum. Von weiterer Verfolgung angetretener Erbschafften etc.

3. Brueckner, Georgius Henricus: Dissertatio academica continens miscellanea juris

4. Lucius, Hermannus: De voce ambigua

5. Matthiae, Dieterius Wilhelmus: De legatis ad pias causas

6. Matthiae, Dieterius Wilhelmus: De antichresi

7. Meier, Joh. Henricus: De differentiis aliisque contractuum realium notabilioribus.

8. Schubartus, Wolffgang Christophorus: De exceptione spolii

1691.

1. Alberti, Henricus Christophorus: De bilis natura et usu medico

2. Lilien, Johann Conrad: De praescriptione moratoria

3. Loeber, Erkard Christian: De inimicitiis capitalibus

4. Matthaeus, Wetericus Wilhelmus: De temporibus.

5. Meierus, Joh. Henricus: De largitionibus principum praeprimis imperatoris et Augustae conjugatis

6. Meierus, Joh. Henricus: Disputatio inaug. juridica continens semis decadem casuum controversorum

7. Meier, Joh. Henricus: De actuum sufficientia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-518095-p0006-1

8. Meier, Joh. Henricus: Dealimentis oder völligen Unterhaltung

9. Meier, Joh. Henricus: De pecunia e feudo in feudum redacta

10. Würtzinger, Johannes Jacobus: De invidabilitate characteris

1692.

1. Brueckner, Georgius Henricus: De jure in rem scripto

2. Brueckner, Georgius Henricus: Discursus academicus continens praelibata juris

3. Gause, Ludovicus: De servitiis feudalibus Von Lehn Diensten

4. Gericke, Johannes Bernhardus: Disputationem inauguralem positiones selectiores exhibentem... pattiere... disquisitioni submittit

5. Lilien, Melchior Rudolphus: De successione ab intestato 11

Hegl.

6. Mueldener, Joh. Christianus: Positiones inaug.. in quibus juris naturae definitio et fundamentum, obviculo regni, jus primariarum precum et alienationes gerendae explicantur

7. Rysel, Johannes Jacobus, or: De nundinis von Messen

8. Sode, Johann Hermannus, Sc: juris tem pallori, quem Privati Collatoribus s. I. p. (ad disputationem Gabrielis Wolffelii invitat)

9. Sode, Joh. Hermannus: De clausulis, in contractibus potissimum consuetudinibus astari solitis

10a Sode, Johannes Hermann, s: De privilegiis notariorum Caesareorum

10b Sode, Joh. Hermann: De obligatione medicorum.

11. Vesti, Justi: De affectibus senum Salomonaeis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-518095-p0010-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-518095-p0011-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-518095-p0012-4

7929.
1691, 6
554.
15

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
CONTINENS

# SEMIDECADEM CASUUM CONTROVERSORUM,

In qvorum I. agitur de tempore præſcriptionis, currere incipiente in Contractibus ab initio invalidis. II. De Compenſationis Exceptione, cui antè eſt renunciatum, qvatenus adhuc opponendâ. III. De Pœna adulterij in Electoratu Saxoniæ ordinariâ ceſſante in uxore ob ſævitiam mariti abſente & adulterium iterante. IV. De Termino Probatorio Saxonico per Judicem non amplificando. & V. De Termino Leuterationis proſecutioni præfixo haud anticipando,

QUAM

*DEO TRIUNO JUVANTE*

ET

*MAGNIFICO ac NOBILISSIMO JCtorum ORDINE*

In hàc ALMA & ILLUSTRI HIERANA conſentiente

SUB PRÆSIDIO

*VIRI Excellentiſſimi, Nobiliſſimi ac Conſultiſſimi*

DOMINI

## JOH. HENRICI MEIERI,

J.U.D. Jurid. Facult. p.t. DECANI, Jud.Elect.Erfurt. Diſtr. Aſſeſſ. & Profeſſ. Decret. Publ.

*DN. PATRONI & PROMOTORIS ſui ætatem colendi;*

Pro conſeqvendis SUMMIS in UTROQVE JURE HONORIBUS DOCTORALIBUS & IMMUNITATIBUS,

*Eruditorum publicæ Diſqviſitioni ſubmittit*

## JOHANN-MELCHIOR Wedekind/

Andreæmont. è Grubenhag-Saxo. Oſitienſium Conſul & Advocat.

IN AUDITORIO JURIDICO MAJORI Horis ſolitis ante-& pomeridianis *ad diem 7. Octobris Anno 1691.*

30.

---

ERFORDIÆ, Stannô GROSCHIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-518095-p0013-9

556.

# PRÆLOQVIUM.

DUbitanti mihi, qvamnam materiam juris ad propoſitum Specimen Academicum elaborandum, (excreverunt enim apud qvosdam ad qvadringenta usqve & qvod excurrit Diſputationum Juridicarum Volumina) ne ab aliis actum, iterum agere viderer, eligerem, occinit illud Terentianum: *Periculum ex aliis facito, tibi qvod ex uſu ſit,* placuit ex caſibus meorum clientum dubibiis & controverſis ſemidecadem, plures enim officii ratio, opella forenſis & tempus edax, prohibet, è foro in medium proferre, theſin ex his formare, & caſibus, ſæpiùs ſententiâ priore correctâ, definitivam ſubjungere. Deus annuat, B. L. autem ignoſcat his ceptis.

*CASUS I. Theſis.*

IN Contractu ob ſolennitates in principio omiſſas & tractu temporis ſubſecutas, præſcriptio demum currit à tempore validitatis.

Caſus in facto ita contigit: N. à. T. tutor Baronis D. à T. vendidi C. B. die 25. Octobr. 1639. hortum D. pretio 4600. Florenorum, ipſo tempore contractus initi 200. Flor. Paſchatos & Michaelis ao. 1640. 2000. Fl. 1400. Fl. Paſchatos & 1000. Fl. Michaelis 1641. exſolventorum ſimulqve evictionem, pupillum ſuum poſt majorennitatem contractum hunc non retracturum, & Electoris Confirmationem ejusdem contractus promiſit. Venditor die 4. Jan. 1640. cedit de pretio 500. Joachimicos H. à S. & non ſolùm contractus, ſed & Ceſſionis confirmationem Electoralem Calendis Maji Anno demum 1684. impetrat. Ceſſionarius S. morte ante impetratum Confirmationem præventus, pretium ceſſum ab emtore non exigit, ex cujus hæredibus Unus Menſe Septembr. 1674. emtoris hæredes, oblato libello ad Terminum Appellationum Martini dicti anni citari petiit, qvibus contumaciter emanentibus, ſententia lata:

Daß Bekl. noch anderweit vorgehender Ladung zuerſcheinen und auff die angeſtellte Klage ſich einzulaſſen / wie auch die producirte Documenta ſub Lit. A. B. C. zu recognoſciren ſchuldig etc.

Ille actioni, qvam ſolus intentaverat, judicialiter renunciat & cum ſuis cohæredibus cedit nomen iſtud J. H. qvi Ao. 1677.

691.
557.

novam inſtituit actionem adverſus emtoris hæredes, qvi opponentes in Termino præfixo exceptionem Præſcriptionis, qvia de dato Ceſſionis ſcil. Anno 1640. usqve ad tempus hujus actionis præſcriptio Saxonica plenaria apparebat, pro ſe ſententiam Termino Trinitatis 1677, hisce formalibus obtinuere:

Auff Vorbringen eingewante Exceptiones und Geſätze der Anwalde H. H. H. / Klägers an einem/ C. B. hinterlaſſener Erben/ bekl. andern Theils

Erkennen von GOTTES Gnaden Wir Johann Georg der Andere / Hertzog zu Sachſen etc. Churfürſt etc. vor Recht.

Daß Bekl. uff die erhobene Klage ſich einzulaſſen nicht ſchuldig / es könte denn Kläger interruptionem præſcriptionis, wie Recht beybringen / damit würde er zwiſchen hier und nechſt künfftigen Appellation Gerichts-Termine billich zugelaſſen/ und ergehet darauff ferner was recht iſt. V. R. W.

Qvæ ſententia Leuteratione interpoſitâ Termino Martini in tantum mutata hisce verbis:

Daß es eingewanter Leuterung ungeacht bey unſerm vorigen Urthel nachmahls billich verbleibet / jedoch mit dieſer Erklährung / daß wenn Kläger interruptionem præſcriptionis, wie Recht beybringen wird/ Bekl. ſo dann ſich nicht allein auff die Klage einzulaſſen / ſondern auch die producirte Documenta ſub A. B. C. D. E. F. G. zu recognoſciren ſchuldig. V. R. W.

Cumqve vires rei judicatæ accepiſſet, ſtudium fuit impenſum, interruptionem præſcriptionis demonſtrari, & ſicuti Principium eſt de eſſe & jure principiati ſicut pars de eſſe totius & fundamentum de eſſe ſuperædificati, Oldrad. *conſil. 200. Principium eſt:* ita & hîc de termino à qvo præſcriptionis diſceptatum fuit, Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 13. def. 2. n. 5.* à reis adducebatur, qvod principium præſcriptionis numerandum ſit à die ceſſionis, nimirum 4. Jan. an. 1640. qvia præſcriptio debiti à tempore ſolutioni deſtinato currere incipit, Carpz. *p. 2. Conſt. 1. def. 6.* dicto enim tempore Ceſſionis factæ jam venerat dies, ergò & ab hoc qvoqve computatio temporis ad præſcriptionem definiti inſtitui deberet: Statim enim in omni contractu & obligatione, cujus actio poteſt incipere ab hæredibus & contra hæredes, obligatio naſcitur tempore contractus, vel alterius facti, ad illum effectum producendum jure efficacis, licet exactio nonnunqvam differatur Oldrad. *conſ. 114. n. 3. ver. juxta hoc etiam & conſ. 236. in princ.* Tuſch. *pract. Concl. Lit. B. Concl. 702. n. 1.* Non igitur à momento confirmationis Electoralis Anno 1648. demum impetratæ; qvia hæc non poteſt retrotrahi in præjudicium tertii, Bart. *in l. bonorum ff. rem ratam hab. Dyn. in l. ſemper ff. de R. J.* Weſenbec. *1. conſ. 6. n. 163.* cujus jure ſalvo illa ſemper intelligi debet, Jaſon. *in l. fin. n. 13. ff. de pact.* Gail. *lib. 2. Obſ. 1. n. 14.* Præterea confirmatio nullius ferè ſingularis operationis eſt, nec ullum vigorem intrinſecum negotio confirmando tribuit, ſed ſolùm approbat, atqve corroborat in tantum, qvantum aliàs in ſeſe illud validum eſt & efficax, ut talis confirmatio ſolummodo ſit juris jam qvæſiti corroborativa] declaratio, non verò extenſio, *cap. 1. de confirm. util. & inutil. c. inter dilectos 6. §. porro de fide inſtrum.* Gail. *2. obſerv. l. n. 16.* Mev. *p. 7. Deciſ. 232. n. 2.* Facit, qvòd præſcriptio aliàs non dicatur interrupta per

pta per actum, naturâ ſuâ eò haut comparatum, abſente potiſſimùm & ignorante poſſeſſore. Qvid! qvod nec qvælibet generalitas petitionis abſolutè interrumpat præſcriptionem in omnibus, ſub eâ comprehenſis, ſed illa demum, per qvam citatus certus redditur de intentione actoris, Cœlius Bicehius *1. Deciſ. 30. n. 19. & Deciſ. 43. n. 29.* Verùm, hiſce non obſtantibus interruptio præſcriptionis, qvæ in dato caſu, ſemotis aliis circumſtantiis, completa videbatur, hîc ex ipſis documentis veniebat Actori probanda, vel potiùs erat demonſtrandum, eâdem opus impræſentiarum non fuiſſe, eò, qvòd nulla extiterit revera completa præſcriptio, qvam interruptio neceſſariò præſupponit; tempus qvippe inchoativum non aliunde hîc ſumendum eſt, qvàm à die confirmationis contractus, non ceſſionis factæ; Venditum enim erat hactenus â Tutore prædium Minoris, qvod absqve Magiſtratus ſpeciali Decreto, ſeu confirmatione ſolemni fieri prohibitum *l. 2. & tot. tit. C. de Præd. & al. reb. min. l. 10. C. dict. tit. l. 1. pr. & §. 1. & tot. tit. ff. de reb. eor. qvi ſub tut. l. lex qvæ 22. C. de adminiſtr. tut. l. 2. C. de curat. fur. l. 1. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtrah. l. 3. C. qvib. non obj. long. temp. præſcriptio l. fin. C. in qvib. cauſ. reſt. in integr. non eſt neceſſ. & Dd. apud* Octav. Simoncell. *Tr. de Decretis & ſolennit. in Contr. Minor. lib. 1. tit. 1. n. 1. allegati*, cujusmodi contractus citra decretum Superioris non valet, ſed nullus eſt; ſolus enim Princeps poteſt confirmare alienationes immobilium Minorum, ſine ſolennitatibus factas, *l. 2. C. qvand. Decreto op. non eſt, ibiq;* Gothofred. Corn. *Conſil. 90. n. 2. lib. 1.* Alex. Raudenſ. *Deciſ. Piſan. 30. n. 219.* Anteqvam verò hæc ſupervenerit, ob emergentem Minoris læſionem reſtitutione in integrum opus non eſt, Simoncell. *num. 46.* Qvod autem nullum eſt, allegabile non eſt, Tuſch. *pract. Concl. Lit. N. Concl. 140.* Qvando enim illa ex



692.
558.

poſt facto ſuperveniunt, qvibus conſtituitur firmaturqve ultimò actus ille, de qvo agitur, non ihabito reſpectu ad id, qvod proceſſit huc usqve nulliter, incipit ex nunc exiſtere qvaſi novus actus & validus. Federic. *de ſeniſ. conſ. 26. num. 5.* 5. Calderin. *conſ. 2. num. 3. de conſt.* Card. Tuſch. *d. lit. N. concl. 142. n. 37.* Tiraqvell. *Tr. Ceſſante causâ limite 19. uum. 3.* multo magis hoc ita tenendum, ſi de tertii præjudicio qvomodocunqve agatur, cum homo non poſſit id fingere validum, qvod olim nullum erat, ſiqvidem hoc de poteſtate Legis eſt *l. 8. ff. de caſtr. pec. Bart. in L. ſi is, qvi pro emtore ff. de Uſucap. Vid.* Surd. *Dec. 245.* Qvemadmodum Ratificatio Domini Feudi superveniens qvemvis alienationis titulum, reſpectu ſui ipſius, convalidet; ob rationem, qvòd actus favore tertii nullus ratihabitione illius fiat validus Mev. *p. 7. Dec. 105. num.* 3. in præjudicium tamen juris tertii non trahitur retrò, ſed tantùm vires accipit tempore ratihabitionis. *Vid.* Antonell. *de Tempore Legali l. 1. c. 62. num. 7.* Schrader. *de Feud. part. 8. c. 4. num. 4. ſq.* Accedit his, qvòd etiam in foro Saxonico ad veram rei immobilis alienationem, tria conjunctim pro forma reqvirantur: I. ut fiat traditio judicialiter, qvia non valet alienatio extra judicialis *art. 60. in fin.* Weichbild: II. præcedat abdicatio ſeu reſignatio prioris domini, ſeu antiqvi poſſeſſoris; ac III. demum ſeqvatur novi poſſeſſoris inveſtitura, Carpz. *lib. 1. reſp. 102. num. 7. 8. 9. 10. 11. 12.* Seqvitur inde, qvod contractus hic ante confirmationem Principis, de ſuper impetratam, pro non facto habendus, nec exinde titulus poſſeſſionis, neqve in illo præſcriptio contra priorem dominum, vel Creditorem hypothecariâ agrntem allegari debeat; regula enim generalis eſt; ut ſine titulo juſto præcedente non procedat uſucapio, *l. nullo juſto præcedente 24. ff. de R. Vind. l. fin. C. ne de ſtat. defunct. poſt qvinqven. qværatur.*

~~693~~ 559.

*tur. c. ſi. diligenti X. de præſcr.* Titulus autem juſtus hîc ille eſt, qvi ad rei dominium acqvirendum & transferendum idoneus omnibusqve ſuis legalibus reqviſitis informatus eſt, & ſic juſtam cauſam traditionis habet, qvales plures recenſentur *in ff. & C.* potiſſimum *in libro ff. XLI. tit. 4. ſeqq.* Deinde præſcriptio impediebatur Emtoris notitiâ, vel magis ſcientiâ, venditorem ſc. non fuiſſe verum dominum, ſatis enim evidenter hoc ex literis contractus apparebat; Ille autem qvi ſcit, vel ſcire potuiſſet, aliqvem non habere jus diſtrahendi, uſucapere non poteſt, neqve actioni præſcribere, Brunnem. *ad l. 10. C. qvod cum eo qvi in alien. pot. n. 3. & ad Tit. C. de Uſucap. pro emt. in ſummar.* Nec minus obſtabat Ejusdem dubium practicum ab initio contractus: an ſecutura nimirum eſſet confirmatio Principis & ratihabitio pupilli, facti majoris, nec ne; qvalis dubitans propterea non præſcribit, qvod hoc modo dubitando atqve ſic bonâ fide deſtitutus poſſeſſor, ſi rem non reſtituerit, vel debitor non ſolverit, peccat, qvia cum dubio practico agere non liceat, qvo caſu niſi tutior via eligatur, agens exponit ſe peccati periculo, imò hoc ipſo peccat, cum peccato autem nulla præſcriptio admittitur. Didac. Covarruv. *in relect. c. poſſeſſor. de R. J. in 6to p. 2. §. 7. ſub num. 4. verſ. Antonius autem.* D. Arnold. Rath/ *Tr. de Uſucap. cap. 2. aſſert. 36. ſeqq.* Strauch. *ad Jus Juſtin. Diſſert. 8. aph. 13.* Ludov. Engel. Colleg. Juris Canon. *p. 2. lib. 4. tit. 16. num. 14.* Ultimo qvoqve ſciendum eſt, qvòd Citatio deſuper Menſe Sept. an. 1674. ad libellum unius hæredis & Anno 1677. ad omnium hæredum Ceſſionarii J. H. H. eſſet impetrata, qvo à tempore factæ Confirmationis nondum effluxerat ſpatium præſcriptionis, actioni ceſſæ perſonali opponendæ; Emanante autem ad emtorem debitoremvè citatione ſolâ oblatione libelli obtentâ absq; litis-conteſtatione præſcriptionem longiſſimi temporis interrumpi jure utroqve, ſcil. Imperatorio & Sa-

xonico

xonico, indubium eſt, *l. 3. Cod. h. t.* qvamvis Jure Civili ad uſurpationem præſcriptionis triennii, vel longi temporis præterea Litis conteſtatio reqviratur *l. 18. ff. de R. V. I. 26. eod. l. 10. Cod. de præſcr. long. temp.* Aſin. *in prax.* §. *5. cap. 12. n.* 4. Gabriel. Rom. *lib. ſentent. 2. Tit. de Citat. concl. 2. num.* 3. Jure autem Saxonico Uſuqve fori ibidem indiſtinctè obtinuit prior illa ſententia teſte Carpz. *p. 2. Conſt. 7. def. 4. lib. 2. Tit. Reſp. 44. num. 8. & p. 1. Deciſ. 34. n. 1.* Struv. *Syntag. Jur. Civ. Ex. 43. §. 28.* Hiſce ita præſuppoſitis jam videndum: An Præſcriptio Saxonica 31. annorum 6. hebdomadum & trium dierum interrupta ſit, & interruptio ab Actore hîc probata? Qvod affirmandum autumo, anno enim 1648. demum contractus ſuper horto, ceu re immobili Minoris venditâ à Sereniſſ. Electore confirmatus eſt, à qvo tempore usqve ad citationes Anno 1674. & 1677. impetratas tantum temporis ſpatium non excucurrit, qvo præſcriptio Saxonica impleta computaretur, ideoqve ſententia à laudado Summo Tribunali termino Trinitatis an 1681. ſic lata eſt:

Auff ferner Vorbringen und erfolgte Geſetze der Anwälde H. H. H. Kläger an einem: C. B. Lehens-Erben/ Bekl. andern Theils

Erkennen von GOTTes Gnaden Wir Johann George der Dritte Hertzog zu Sachßen etc. Churfürſt etc. vor Recht etc.

Daß Kläger Interruptionem præſcriptionis geſtalten Sachen nach zur Gnüge beygebracht/ derowegen Bekl. unſerm eröffneten Rechtskräfftigen Urtheil

mit Einlaſſung auff die Klage und Recognition derDocumenten Folge zu leiſten ſchuldig etc. V. R. W.

Qvæ, non attentis duabus Leuterationibus à reis contra poſitis Terno Martini an. 1681. & Trin. an. 1682. denuo atq; iterum confirmata vires judicati accepit; qvam definitiva condemnatoria exſolvendæ ſortis cum Intereſſe moræ, expenſis compenſatis; Termino Martini an. 1684. inſecuta fuit.

*CASUS II. Theſis.*

COmpenſationis renunciatio à patre ſimpliciter facta liberis, etiam heredibus indiſtinctè non obſtat compenſare volentibus.

Caſus hic eſt: H. à G. debuit J. à S. creditori mille Florenos, qvorum causâ cùm executivè ageretur, amicabili compoſitione judicialiter factâ, debitor H. à G. particulariter diſtinctis terminis ſolvere creditori ſuo, ſimulqve ſe compenſatione adverſus Creditorem uti nolle, promiſit; poſt Creditoris obitum concurſus ſuper hujus bonis extitit, cujus litis & bonorum Curatori, creditum exigenti, à debitoris tunc qvoqve demortui hæredibus interim acqviſita compenſatio objiciebatur, qvam Curator litis & bonorum, ob renunciationem patris, debitoris factam, reſpuit: unde Qvæſtio, an valeat hæc renunciatio, nec poſſit à renunciantis hæredibus interim acqviſita compenſatio opponi? ventilari cœpta eſt: materiam compenſationis ſubſtrictam, ſpinoſiſſimamqve, ſubtiliſſimam, intricatam & de apicibus Juris eſſe, & qvam aures incapaces non intelligunt, referunt

 Hieron,

Hieron. Marilianus *Deciſ. Parmenſ. 31. num. 7.* Tyndar. *Tr. de Compenſ. art. ult. in fin.* dictus Curator, in hoc caſu actor, utebatur pro obtinendâ ſententiâ contra debitoris hæredes argumentis non contemnendis, mihiqve ex opinione Dd. aliàs occurrentibus, Medic. *de Compenſat. qv. 28. num. 4. p. 2. & Capyc. deciſ. 88. num. 2.* quod (1.) renunciare qvilibet juri, pro ſe introducto poſſit. *l. ſi qvis in conſcribendo 29. C. de pact. l. pen. C. de Transact. cap. dilecti. 17. de for. compet. cap. 39. de Teſtibus. c. conſtitutus 45. de appellat. c. qvam periculoſum. 7. qvæſt. 1. cap. ſuper hoc. 5. de renunciat. cap ad Apoſtolicam. 16. de regular. cap. dudum 20. de converſat. conjug.* ob aliam Juris regulam: ſcil. Uti eo licere, qvod nobis, noſtri causa, lex dedit, & unumqvemqve de jure ſuo detrahere poſſe, eaqve contemnere, qvæ pro ſe ſunt introducta. *l. ſi judex 41. ff. de minor. l. 46. in fin. ff. de pact.* cum ſpecialiter compenſatio reſpiciat favorem renunciantis *cap. 39. X. de Teſtib.* Robert. Marant. *p. 2. ſpec. aur. numer. 39.* nam ſecundum Ciceronem in Verrem: Qvod mihi lex, meâ causâ dedit & mihi, non uti, licet; ad jura autem ſemel renunciata regreſſus non datur. *l. qværitur §. ſi venditor ff. de ædil. edict. l. 11. C. de reb. cred. l. 29. C. de pact.* Aym. *conſ. 114. n. 10.* Surd. *dec. 266. num. 12.* (2.) Qvòd filiùs hæres non poteſt, aut debet contravenire facto patris defuncti, illudvè impugnare. *l. cum à Matre. 14. C. de R. V. l. ſi ab eo. 7. C. de liberal. cauſ. l. filium 31. ff. eod. l. ex qva perſona 149. ff. de R. J. l. ſi fundum. ibi. neqve ei ſucceſſiſti. C. de reb. alien. non alien. l. 24. C. de donat. l. filius familias 114. §. cum pater. 15. ff. de legat. 1. l. unum ex familia 67. §. ſed ſi uno. 3. ff. de legat. 2. l. ſucceſſores 10. C. de ſolut. l. ſi uxor. 7. C. de bon. aut jud. poſſit. l. qvæ à patre geruntur ff. de teſt. milit.* ſed potiùs qvòd à defuncto geſtum & factum eſt, tenetur ratum habere, Tiraqvell. *de retract.*

*tract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 48. 49. Afflict. *deciſ. Neapol.* 285. *n.* 11. & impius reputatur filius, cum Perſeo dicens: nihil ad ſe pertinere factum Patris. Livius *Decad.* 5. *lib.* 2. & ſicut nemo poteſt impugnare factum proprium. *l. poſt mortem.* 25. *ff. de adopt. l.* 11. *ff. de S.R.P.* Menoch. *conſ.* 89. *num.* 47. ita qvoqve nec hæres factum defuncti, qvia hoc in effectu juris factum hæredis proprium reputatur. *arg. l. veteris* 13. *C. de contrah. ſtipulat.* Imò renunciari ſolere Exceptioni compenſationis debiti præſentis & futuri, tradit, Dn. Stryck. *Tr. de Caut. contr. neceſſ. ſect.* 1. *cap.* 5. §. 24. & quòd compenſatio effectum ſuum non ſortiatur, ſi interceſſerit pactum de non petendo *l.* 15. *ff. rem rat. hab.* qvâ de cauſa etiam Dn. Scabini Lipſienſes ad reqviſitionem Qvæſtoris Oſſitienſis, Soceri mei piè defuncti, Menſe Septembr. an. 1685. pro actore ſententiam tulere hiſce formalibus:

Im übrigen hat die von B. (qvi erat tutor & avus filiorum H. à G.) Actore vorgeſchützte Compenſation geſtalten Sachen nach nicht ſtatt.

Verùm cum hæc cauſa ad ſummum Electorale Saxonicum Tribunal per appellationem interpoſitam à me devolveretur, contrarium defendere conatus & auſus ſum, qvia (1.) renunciatio, contra bonos mores facta, non ſubſiſtit. Gœd. *ad l. itinere.* 3. *de V. S. n.* 37. *l. fin. C. de pactis.* Cald. *conſ.* 138. Tuſch. *Pract. Concl.* 171. *n.* 14. 20. e. g. cum qvis paciſcitur, ne alter conjugum exceptione utatur competentiæ, *l. illud convenire.* 5. *ff. de pact. dotal.* eſt enim hoc adverſus reverentiam, qvam ſibi conjuges mutuò debent *l. alia* 14. *ff. eleganter.* 1. *ff. ſolut. matrim.* it: ſi convenerit, ne ob impenſas neceſſarias ageretur, pactum non eſt ſervandum, tanqvam ad diſſolutionem invitans, cum & tales impenſæ dotem ipſo

jure minuunt, ſunt verba. *§. 2. d.l.3. (3.)* ſi renunciatio dolum & delictum futurum reſpicit, non valet *l. ſi unus 27. §. pacta 4. ff. de Pact.* dolo autem facit, qvi petit id, quod reſtituere tenetur, vel æris alieni onus ſentiens ſe reſtituere non poſſe, probè novit *cap. dolo facit 59. de Reg. Juris in 6to. l. 173. §. ult. ff. eod. l. 8. ff. de dol.* Qvis enim vir probus exigit æs alienum ab eo, cui tantundem ſtatim reſtituere tenetur? inqvit Merenda. *lib. 1. Controv. cap. 4. n. 3.* ob exceptionem ei obſtantem. *l. verum 4. ff. de compenſat. l. & eleganter. 7. §. ſervus pactionis. 8. ibi:* qvoniam exceptione ſummoveri poteſt. *ff. d. dol. mal.* & qvaſi nulla actio eſt, qvæ exceptione repellitur. *l. 13. 66. 112. 115. ff. de R. J.* Et ejusmodi ſolutum condictionem indebiti ſecum in tergo fert, ſi qvis enim, inqvit Ulpianus, compenſare potens ſolverit, condicere poterit, qvaſi indebitè ſolutum, *l. ſi ambo. §. 1. ff. de Compenſ.* nam ſi compenſationis jure debitor liberatus fuit, jam inde, ex qvo illi pecunia invicem deberi cœpit, exinde nihil debuit, neceſſe eſt, ut, qvodcunq; poſtea eo nomine ſolutum, indebitè ſolutum videatur, Hugo Donell. *Comm. Juris. Civil. lib. 16. c. 15.* (4.) Qvod etiam contra debitum juratum hæc exceptio opponi poteſt; ipſo enim Jure fit crediti & debiti compenſatio *l. fin. C. de compenſ. Br. in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi,* cum qvo concordat Tyndarus. *in Tr. de compenſ.* dicens, hujus opinionem eſſe humaniorem & Alex. de Imola *Vol. 2. Conſil. 12.* Tiraqvell. *de retract. convent. §. 3. Gl. num. 3. per Dd. ibidem allegatos* tradens: eum, qvi juravit ſolvere, non incurrere in perjurium, ſi compenſat, qvem ſeqvuntur Setſer. *de Jurament. lib. 1. cap. 25. num. 101. & ſeqq.* Daniel Möller *ad Conſt. Elect. p. 1. conſt. 8. num. 1. Treutler. diſp. 25. th. 11.* Qvid, qvòd juramentum in hoc caſu ſervatur, qvia is, qvi compenſat, legis interpretatione ſolvere dicitur, Fachin. *lib. 1. Controv.*

cap.

*cap.7.*eſt enim Compenſatio imago veræ ſolutionis, Hugo Donell. *Comm. Jur. Civil. lib. 16. cap. 15.* in hoc autem diſſentiunt communiter Canoniſtæ *ad cap. 7. X. de Jure jur.* Alex. *conſ. 91. Vol. 2.* Matth. de Afflic. *Deciſ. 391. ibidq; Cæſar. Urſill.* Gozadinus *Conſ. 69.* Hieron. Marilian. *ad qvotias. num. 211. C. de R. V.* Borgnin. Cavalcan. *deciſ. 35. num. 14. lib. 1. & deciſ. 28. num. 43. lib. 2.* Seraphin. de Seraphin. *Tr. de Privileg. juram. privileg. 74. num. 36. & ſeqq. quadraginta Dd. pro hac ſententia allegans* & hanc ſeqvitur Erneſt. Cothmann. *reſp. 18. num. 377. & ſeqq. 5.* qvòd textus *in §. in bonæ fidei Inſt. de act.* imponit judici neceſſitatem ad compenſandum, adeò ut etiam poſt ſententiam opponi poſſit, *Gl. in c. ſub acta, 21. in verbo: reprobaſſe ff. de ſentent. & re judic.* qvia ex jure gentium deſcendit compenſatio, qvo æqviſſimum eſt, ut eo jure qvis utatur in alium, qvo alium erga ſe uti deſiderat, *tot. tit. ff. qvod qvisq; juris c. 1. diſtinct. 1.* & eum, qvi alium ſibi ſolvere deſiderat, eidem qvoqve ſatisfacere oportet Petr. Gregor. Tholoſ. *Synt. Jur. Univ. lib. 21. cap. 22. numer. 11.* ne fiat per plura, qvod paucis expediendum *l. ampliorem §. in refutatoriis. C. de Appellat. l. fin. C. de donat. l. 10. C. de Judic.* & ne lites multiplicentur temerè, ſed qvacunqve ratione dirimantur *l. 31. §. 1. ff. de reb. credit.* ſervamus enim qvandoqve per eam, qvod alioqvin actione non poſſumus ſervare, *l. 9. ff. de compenſ.* & intereſt potiùs non ſolvere, qvàm ſolutum repetere non poſſe à Creditore, compenſationem reſpuente, *l. 3. C. de ſolut. l. 171. ff. de R. J.* atq; effectus ejus nobiliſſimus hic eſt, videlicet, ut ſit ipſo jure pro ſolutione; nihil enim intereſt, inqvit Pomponius J.C. ſolverit Debitor, an penſaverit *l. 4. ff. qvi pot. in pign.* Oſaſc. *deciſ. 29. n. 12. & ſeqq.* qvæ ſolutio numerationem brevi manu continet, *l. 9. §. 5. ff. de acqvir. rer. dom.* & dicitur intrare compenſatio per viam retentionis & lo-

co ſolutionis eſſe per modum fictum. Ciarlin. *Controv. 36. num. 30.* Ciriac. *controv. 224. num. 9.* Cœlius Bichius. *Deciſ. Rot. Rom. 23. num. 3. & Deciſ 214. num. 26.* Unde ſeqvitur, qvòd non valet renunciatio, ut non poſſit opponi compenſatio, tanqvam contra naturalem æqvitatem *ut in d §. in bonæ fidei.* Æqvitas enim hæc eſt, qvod, qvi penſat, qvod ſibi debetur, facit, ut idem remittendo, videatur tantundem numeraſſe creditori ſuo ſolutionis causâ. Hugo Donell. *Comm. Juris Civil. lib. 16. cap. 15.* item: contra bonos mores qvodammodo eſt, *ut in l. alia §. eleganter ff. ſolut. matrim.* & non valet renunciatio in his, qvæ Judex ex officio facere poteſt, ut dicit Hoſtienſ. *in ſumma de offic. judic. §. verum deſideret.* Matthæus de Afflict. *Deciſ. Neap. 121. num. 6.* nam compenſatio naturâ ſuâ jus & poteſtatem retinendi rem petitam involvit, Aymon Cravetta *Conſil. 128. numer. 2.* Carpz. *p. 1. Deciſ. 66.* & Creditor qvi recuſat compenſare, videtur recuſare ſolutionem & dicitur in mora, ita rem hanc determinat Angel. *in conſil. 132. num. 3.* qvem ſeqvitur Alexander. *in conſ. 12. num. 15. Vol. 2.* Surdus *Deciſ. 191. numer. 11.* ſpeciale enim hoc eſt in exceptione compenſationis, qvòd ipſo jure extinguat actionem, aliæ verò exceptiones ſolummodò elidunt, *ut in l. ſi unus §. pactus ne peteret ff. de pact.* Tuſch. *pract. concl. 493.* Matth. de Afflict. *deciſ. 121. num. 2.* Addebatur, qvòd pater renuncians ignoravit, neqve cogitavit, Compenſationem liberis futuram, unde & ejus renunciatio ad ignota & non cogitata non extendenda fuit *l. legitimam 8. ff. de petit. hæred.* Gail. *lib. 2. obſ. 98. n. 14.* qva propter in prælaudato ſummo Electorali Tribunali term. Martini an. 1687. prior ſententia correcta &, non obſtante binâ Leuteratione, confirmata eſt his verbis:

In Appellations-Sachen Actorn Vormunden H. S.

6̶9̶7̶.
563.

H. S. von G. und Conſorten / Appellanten an einem: des zu I. von St. Verlaſſenſchafft verordneten Curatoris litis, Appellaten andern Theils /

Erkennen von GOTTES Gnaden Wir Johann Georg der Dritte / Hertzog zu Sachſen etc. Churfürſt etc. vor Recht.

Daß die eingewandte Appellation in ihren Formalien beſtändig und zu gebührender Rechtfertigung an uns erwachſen; der Materialien halber / erſcheinet aus den Acten und der Partheyen rechtl. Einbringen ſo viel / daß in erſter Inſtantz übel geſprochen und wohl appelliret / derowegen Appellant die in denen Documenten enthaltene 250. Fl. von der transſigirten Forderung zu kürtzen wohl befugt. V. R. W.

---

### *CASUS III. Theſis.*

ADultera, à Marito ſæviente abſens, licet bis adulterium commiſerit, etiam in Electoratu Saxoniæ ordinariâ gladii pœnâ puniri non debet.

Non opus eſſe autumo, ſub Diſputationis incudem revocare, an Legis Juliæ de adulteriis pœna gladius fuerit? qvæ determinata videtur *in §. item Lex Julia de adulteriis, Inſt. de publ. Iudic. l. caſtitati 9. C. ad L. Jul. de adult. l. tranſigere 18. C. de Transact. l. relegatorum 7. ff. de interdict.*

*dict.* & *releg. l. qvamvis 30. C. Ad L. Jul. de Adult.* an rele-
gatio, qvod probare volunt *l. ſi qvis viduam 5. ff. de Qvæſt.*
*l. miles 11. ff. ad L. Jul. de adult. l. mariti 29. §. 1. ff. h.*
*tit. l. Claudius 13. ff. de his qvæ ut indign. auf.* vel diver-
ſitas pœnarum in diverſis regnis, qvandoqvidem in Galliâ
nunqvam auditum, gladii pœnam adulteris infligi, refert,
Rebuff. *in proœm. ad Conſt. reg. Gl. 5. numer. 108.* ibi-
dem adulterium in laude induſtriæ poni, ait Faber. *in §.*
*item L. Jul. de adult. Inſt. de publ. judic.* In Italiâ pœnam
pecuniariam freqventari tradit Clar. *ad d. §. n. 7.* Tira-
qvell. *LL. connub. 13. numer. 22.* Pœna verò mortis jure
divino ſancita legitur Gen. *38. v. 24.* Deut. *22. verſ. 22.*
Lev. 20. *verſ. 10.* Ezech. 16. *v. 38.* qvam Palatinatus, Sa-
xonia Superior & Haſſia, gravitatem Criminis & legis
divinæ voluntatem intuentes reduxiſſe, laudantur Anto-
nio Matthæi *de Crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 2. numer. 3.*
qvam etiam apud Ethnicos in uſu fuiſſe, autor eſt Julius
Capitol. *in Macrini vitâ*: Macrinus enim Imperator adul-
terii reos ſemper vivos ſimul incendit, junctis corporibus,
Meſſalina capite damnata eſt, ut adultera, *teſte* Dio.
Caſſio. lib. 6. Seſoſtres omnes impudicas & corruptas mu-
lieres juſſit, unà in villam congregari, deinde ſimul cum
villâ, ut fœdos ſic ardores honeſtiori incendio aboleret,
comburi, referente Diodor. Sicul. *lib. 2.* Conſtitutio Cri-
minalis Carolina art. 120. & 121. remittit ad Jus Cæſare-
um commune; Jure autem Saxonico ſpecialiter appro-
batum eſt ultimum ſupplicium *Gloſſ. in art. 13.* Land-
Recht *lib. 2, Conſt.* Auguſti. *19. part. 4.* Et, qvanqvam
Jure Angliæ, de qvo Cokus *in Littletonum. lib. 1. cap.*
*5. ſect. 36.*

*Sponte Virum Mulier fugiens, & adultera facta*
*Dote ſuâ careat, niſi ſponſi ſpontè retracta,*

Pœna tamen gladii uxori, abſente marito, bis adulterium
com-

committenti, ad reqviſitionem Senatus Oſſitienſis dictata fuit his verbis:

Hat Dorothea/ Samuel N. Eheweib/ als Sie/ Innhalts unſers Urtheils / noch einſtens Articuls Weiſe vernommen worden/ ferner in guten bekandt und geſtanden / daß Sie nicht alleine/ohngefehr vor vierdtehalb Jahren / ihren Ehemann böſzlichen verlaſſen/ ſondern auch darauff mit C. R. fleiſchl. Unzucht und Ehebruch getrieben: Ob nun wohl weder deßen/ noch G. K. auff den Sie vormahls bekandt/ Confeſſion deswegen verhanden/ welche ſonſten/ wenn die ordentliche Todes-Straffe an denen Ehebrechern vollſtrecket werden ſoll/ erfordert wird; dieweil aber dennoch im gegenwärtigem Fall/ die Vettel/ nach der Zeit/ da Sie ihren Ehemann böſzl. verlaſſen/ zweyer unehelichen Kinder geneſen/ und das eine auff ermelten C. R. tauffen laſſen / die Geiſtlichen zu Brehna auch atteſtiret/ daß Sie ſich von ihrem Ehemann nach Dölitzſch begeben / daſelbſt vor eine Amme gedienet/ und da kaum ein Jahr verfloßen/ ſich daſelbſt ſchwängern laſſen/ darauff darvon gelauffen und ſich flüchtig gemachet / alſo man des begangenen Ehebruchs gewiß iſt/ Ihr Ehemann auch die Kinder vor die Seinen nicht erkennen/ noch Ihr ihr verbrechen verzeihen und ferner ehel. beywohnen will / nach mehrem Innhalt der überſchickten Inqviſitions Acten; So mag Inqviſitin, daferne Sie auff ihrem gethanen Bekäntniß/



vor

vor öffentl. gehegten peinlichen Halß-Gerichte / nachmahls freywillig verharren / oder des ſonſten / wie Recht überwieſen würde / des begangenen und bekanten Ehebruchs wegen / mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet und geſtraffet werden. V. R. W.

Qvam etiam ſententiam, Juri & actis conſentaneam, niſi Rea ſe defendere vellet, Sereniſſimus Elector Saxoniæ executioni mandari voluit. Verùm qvia diligenter cavendum Judici, ne ſupplicium præcipitet, anteqvam de crimine conſtiterit *l. 1. §. item illud. 24. l. 5. §. non alias ff. ad SCt. Silan.* conſtare verò non dicitur, niſi defacto omninò certus ſit, qvo ſpectat, ut de dolo & cauſa facti qvoqve liqveat, Anton. Matthæi *de Crim. lib. 48. Tit. 16. cap. 1. num. 2.* imô & de veritate etiam minimarum circumſtantiarum; qvoniam judicem oportet in ſingula prius exactè inqvirere & omnia plenâ inqviſitione diſcutere, qvàm ad ſententiam properare *l. 9. cum auth. ſeqv. C. de Judiciis c. Judicantem cau. 30. qu. 5.* qvia unica ſæpè delicti circumſtantia facit, reum aut condemnari, vel etiam mortis pœnâ liberari, Zieriz. & Claſſenius *ad Conſt. Crimin. art. 54.* ideo & circumſtantia malitioſæ deſertionis ſub inqviſitionem venire debuit, cum igitur defenſionem Reæ reqviſitus ſuſciperem, inqvè veritatem inqvirerem, obſervanda qvædam obvenerunt atq; probata ſunt: hæc inter (1.) Mariti ſævitia, & hinc illi miſeræ inflicta Vulnera Verberaqve; qvanqvam enim marito alioqvin licitum ex poteſtate, qvam habet in uxorem, citra injuriam, non modo verbis, ſed etiam reapſe caſtigare; hoc tamen tantummodò procedit in iis cauſis, ex qvibus vir poteſt Uxorem repudiare, in aliis modica caſtigatio ſolùm permittitur *arg. l. conſenſu 8. §. ſi qva igitur 2. in fin. C. de repud. l. prætor edixit 7. §. præterea. 2. in fin. & §. ſeqq. ff. de injuriis,*

*arg.*

*arg. l. 17. §. 1. ff. de Uſufruct. l. 5: in fin. l. 6. ff. ad L. Aqvil. l. 13. §. 4. ff. locati l. 2. in fin. ff. de Obſeqv. l. 1. C. de emendat. propinqv. Novell. 117. cap.* 14. Farin. *oper. Crim. lib. 14. tit. 16. qvæſt. 143. num. 180.* Petrus Theod. *Colleg. Crim. c. 10. aphor. 4. lit. b.* ubi uſus verbis Chryſoſtomi, dicentis; nullum tam magnum eſt peccatum, qvod ad verberandam uxorem, vos viros compellat; ultima namqve ignominia eſt, non ejus, qvæ verberatur, ſed qvi verberat. Tiber. Decian. *Tract. Crim. lib. 9. cap. 11. num. 4.* Excedere tamen modum & limites caſtigationis ipſi haut qvaqvam permiſſum; vitioſum enim id æſtimatur, qvod nimium, *l. cum plures. 12. §. nimium. 2. ff. de Adminiſtr. tutor.* (II.) Privatio lecti maritalis; qvando autem maritus uxorem lecto maritali privat, tunc dicitur in mulierem non ſolùm exercere ſævitiam, ſed & dementiam. Farin. *PR. Crim. Tit. 16. qu. 143. numer. 151.* uxorem etiam, qvam maritus malè & indignis modis verberavit, ferro aliisqve inſtrumentis ei vulnus intulit, de domo expulit, propriâ autoritate à marito aufugere & ſeorſim habitare poſſe, tradunt Farinac. *pr. Crim. Tit. 16. qu. 143. num. 132. 133. & 136.* Thom. Sanchez. *de matrim. lib. 10. Tit. de divort, diſput. 18. num. 2. 3. & ſeqq.* Pruckmann. *conſ. 18. num.* 47. *Vol. 1.* Schneidew. *ad Tit. Inſt. de Nupt. p. 4. numer. 14. & ſeqq.* adeò ut admittenda qvoqve ſeparatio conjugii, qvoad thorum ſaltem & menſam, qvando inter conjuges capitales omninò inimicitiæ exarſerunt, & innocens alteri tutò cohabitare, aut nocens ab iſtiusmodi impio inſtituto cohiberi ampliùs neqveat; qvia nec pœna carceris, nec præſtatio cautionis malevolum ſævientis animum mutat. *arg. §. noviſſimè Inſt. de ſuſpect. tut. l. ex conſenſu §. ſi qva C. de repud.* Joachim. à Beuſt, *Tract. matrimon. p. 2. c. 10. v. præſtitâ hâc cautione* Farin, *Pr. Crim. lib. 4. Tit. 16. qv. 143. §. ſævitia. num. 134. & ſeqq.* Imò poſt lapſum triennii in-

